



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Capvt IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

DE VERBI DEI VIRT. 228

le agentes deprehensi à sole redarguti  
periclitantes abeunt seseque occultat,  
omniaque lucida efficiuntur & clara,  
sic prædicatione verbi fulgente, fuga-  
batur error, & veritas remanebat, fauil-  
le verò fumusq; templorum, & alia di-  
ctu fœda, quæ in sacris suis celebrare  
consueuerant, defecerunt atq; consum-  
pta sunt, instar cere vapore ignis pere-  
untis, & palearum vice, quæ subitò con-  
cremantur incendio. Clara verò inter  
hæc verbi Dei flamma surgebat resplē-  
dens, ab his potissimum subleuata, qui  
eam nitebantur opprimere. Vide quoq;  
si libet Chrysostomum homil. 34. in ca-  
put decimum Matt. & homi. 76. in ca-  
put 24. eiusdem.

CAPVT IX.

Scribit Eusebius libro 8. Ecclesiast.  
Historiæ, quam mirabiliter, quam-  
que magnificè, ante sui temporis per-  
secutionem, per vniuersum mundū ser-  
mo Christi, & pietatis doctrina, pfece-  
rit, & in quantum sublimitatis ascende-  
rit, ita vt ad enarrandum, vires sibi de-  
esse

g 2 esse

IOANN. SLO. GEF.

Lib. 8, c. 1. esse ingenuè confessus sit: Iam verò (inquit) multitudines coeuntium intra ecclesias populorum, & præcipuè in diebus festis innumerabiles cateruas per singula loca confluètes, quis dignè poterit explicare, cum ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita vt amplitudo earum concludere instar vrbiū videretur. Sic per tempus plurimum Ecclesiarum status, incrementis prosperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens & cuncta supereminens, festinare videbatur ad cælum. Facta sunt hæc tempore Diocletia-

ni, priusquam in apertam Christianorū persecutionem prorumperet. Cui sese socium in crudelitate, erga diuini verbi prædicatores & cultores Maximianus exhibebat, vt nescires cui potissimum dare flagitiorum palmam deberes. Aduersum ergo Christianos, tantum crudelitatis exercuit, vt præcessores suos vincere festinaret in scelere. Igneas laminas, truces bestias, maris profundum, truncationes membrorum, effossiones

Diocletianus & Maximianus, Christianorū persecutores crudelissimi. lib. 8. Eccles hist c. 17.

DE V  
fossiones  
bris spec  
bat. Cum  
fortes inu  
ingeniosu  
Vinceban  
à viris, sed  
Dei & fide  
quidem c  
ri fortes  
Mortem c  
verò & vl  
maculam

SED TAN  
Snifican  
tutis opus  
propagati  
stris in ob  
lucis oster  
prophetia  
ne lachry  
lachryma  
suos verb  
præcones

fosiones oculorum, & singulis membris specialia inferre supplicia gestiebat. Cum tamen magis illi constantes & fortes inueniantur tolerando, quàm iste ingeniosus & callidus in exquirendo. Vincebantur etenim sapius, nõ solùm à viris, sed etiam à fœminis quæ verbo Dei & fidei calore succensæ, vt fœminæ quidem comprehendebantur, sed vt viri fortes in certamine coronabantur. Mortem quippe promptius subire, imò verò & vltro expetere, quàm corporis maculam recipere malebant.

## CAPVT IX.

**S**ed tandem dominus pergens magnificari in sanctis suis, & cœptę virtutis opus ac prædicati verbi, liberiorę propagationem instituens, iterum nostris in obscuro positus, splendorem suę lucis ostendit. Etenim quia secundum propheticum dictum, cibauerat eos pane lachrymarum, & potum dederat eis lachrymas in mensura, tandem seruos suos verbi sui sacrosancti custodes & præcones libertati restituit. Etenim cū

g 3 religio-